

PRÆFATIO GEORGI FRANCI.

Ita ut ante cataclysmum Noachicum homines solis arborum donis vescis fruerentur, omniq[ue] eſu carnium abstinerent, ceu prolixo demonstratum dederunt FLORALIA nostra TERRÆ PALATINÆ ſ. 13. 14. & 15. p. m. 11. seq. Floræ nostræ subnex. Edit. Argentorat. 1685. in 12. Accessit utilitati dignitas præstabilis, quando ſub arboribus & lucis ſacra ſua celebrauit Patriarchæ, aliique Numinis purioris cultores æque [vid. BENEDICTUS CURTIUS SYMPHORIANUS lib. 3. & 4. Hortorum apud GUIL. STVCKIVM de Sacrificiis f. m. 103.] ac Ethnici vaniſſimi idolorum vaniſſimorum veneratores, Lege ATHANAS. KIRCHERUM in oedipi Templo Iſiaco Syntagm. IV. f. m. 313. ELIAM SCHEDIUM de Diis Germ. Syntagm. II. cap. 23. seq. aliosque apud eruditissimum Theologum & Philologum D. JOH. HENR. URSINUM in Arboreto Biblico cap. XLVII. n. 8. seqq. p. m. 604. seqq. Quid, quod & Reges ALCINOUS, ADONIS, CYRUS, SEMIRAMIS, &c. arborum culturæ jam olim manus adhibuerint, Conf. STENGEL, in Hortenſio cap. 8. HENR. SMETIUM lib. IX. Miscell. p. m. 444. seqq. DÖRING. de Medicina & Medicis l. i. p. 1. f. 2. c. 1. 2. & 3. JOH. BAPT. FERRAR. lib. 1. Floræ cap. 4. p. m. 5. seq. & CORNEL. à LAPIDE ad Ecclesiast. c. 2. vſ. 5. seq. ubi Sapientiſi- morum Rex, Regumque sapientiſimus SALOMON fecit hortos & pomaria, & confevit ea cuncti generis arboribus: Exſtruxit ſibi pifcinas aquarum, ut irrigaret silvam lignorum germinantium. Ut nihil jam dicam de uſu Arbo- rum in Medicina, Oeconomia, Militia, Nautica, reliquaue Architectonica &c. quis enim omnia fando?

Laudabiliter igitur & glorioſe rei Herbariæ opera impensa eſt jam olim CRATEVÆ, vel HIPPOCRATIS in Epistol. testimonio πιζοτόμες αείστα, THEOPHRASTI ERESII, aut ut alii malunt LESBII, ANDREÆ Ἰαρξτ, APOLLONII MURIS, M. CATONIS, M. VARRONIS, L. COLUMELLÆ, A. MUSÆ, P. DIOSCORIDIS ANAZARBENSIS Φυτογνωσάται, VIRGILII, PALLADII, CELSI, PLINI, GALENI, APULEJI, EBENBITARIS, SERAPIONIS, EBN-SINÆ, MACRI, &c. Patrumque noſtrorum memoria H. BARBARI, P. A. MATTHIOLI, C. GESNERI, J. RUELLII, L. FUCHSII, H. TRAGI, J. THEODORI, A. LONICERI, B. MAR- RANTÆ, A. MUNDELLÆ, J. COSTÆI, J. DALECHAMPII, M. POBELII, A. CÆ- SALPINI, J. CAMERARII, C. CLUSII, A. ANGUILLARÆ & aliorum quamplu- rimorum in *Floral. Noſtris* ſupra allegat. pag. m. 13. 14. sequ.

His meritissimo ſuo adjungendus eſt Perilluſtris ille Patriui Bononiensis ULYSSES ALDROVANDUS, in patria Philosophiæ & Medicinæ Professor, ac Bononiæ Medicus excellentiſimus, judicio πολυμαθεσάται CONRADI GESNERI l. de figuris lapidum &c. cap. VII. p. m. 118. a. Philoſophus & Medicus Bononiensis operofiſſimus, & consummatiſſimus Zoo- graphus, elogio doctiſſimi LAUR. STRAUSSII tr. de ovo Galli cap. 2. p. m. 26. Naturæ operum incomparabilis perſcrutator, qui remotiſſimas peragravit Orbis regiones, ſaltim, ut naturales res, inprimis vero aves exoticas, earumque cauſas intimius cognoſceret, quæ ut ad vivum depingerentur, veriusq[ue] exſculperentur, ſuo ære per XXX. & amplius annos artifices varios totius pæne Europæ celebriores conduxit, Encomiaste Medico celeberr. G. A. MERCKLINO, Fautore, Collega & Amico noſtro ſuavifſimo, in Lindenio Reno-